

DE
SODALITATIBVS

QVAEST.

M. CATONE MAL. CONSTITVTIS

AD

M. T. CICERON. CAT. MAL S. DE SENECTVTE §. 45. OP.

S. C. XIII. §. 6.

DISSERIT

RECITATIONVM

IN

SCHOLA MISENENSI

SINGVLIS DIEBVS

TAM PVBLICE QVAM PRIVATIM

A SE

HABENDARVM

ORDINEM ET RATIONEM

DENVO EXPONENS

M. GEORGIVS SIGISMVNDVS GREENIVS

RECTOR.



MISENAE

EX OFFICINA LOEVVIANA.

Coll. diss. A
43, 42

42

a. XLIII. 42



Quo gravius sapientiusque, & senes suarum maxime rerum studio, qui plerorumque mos est mortalium, trahi, & senectutem, cui seris venit ab annis usus, a) esse natura loquacior, existimasse sibi visus est M. TVLLIVS, b) eo venustius, eo ingeniosius, eoque convenientius M. Catonem, senem, cui omnem tribuit in libro de senectute, ad T. Pompon. Atticum scripto, orationem, cujusque sermone suam omnem explicat de senectute sententiam, c) tempestivis summo opere conviviiis d) delectatum sistit, e) & quod sodalitates illae convivales ipso quaestore, f) sacris Idæis magnæ matris acceptis, g) constitutæ fuerint, h) & propter sermonis delectationem, i) quippe qui ipsorum conviviorum delectationem non voluptatibus corporis magis, quam cœtu amicorum & sermonibus metiebatur. k) Sodalitates, quæ sodalium, sive hominum, nunc privato studio suæque voluptatis causa, l) nunc publico consilio atque auctoritate coeuntium, una sedentium, edentium atque epu-

- a) *Ovid. Metam. VI. 30.* b) *De Senect. §. 55. Op. f. c. XVI. §. 1.* c) *c. l. §. 3. Op. f. c. I. §. 6.* d) *De tempestivis conviviiis leg. Salmas. ad Vopisc. f. 424. Lips. ad Tac. An. XIV. Grav. Antiqv. Rom. Tom. ult. Præf. inter epist. 67. p. 442.* e) *Ibid. §. 46. Op. f. c. XIV. §. 1.* f) *Quæstura M. Catonis gesta est Tuditano & Cethego Coss. anno ab U. C. DXLIX. Conf. Car. Langii Annotat. in Cicer. Andr. Schotti observ. hum. subjunctis f. 432.* h) *Quo tempore, quo consilio, quoque modo sacra Magnæ Matris Idæa Romæ accepta sint, legend. Liv. H. R. L. XXIX. c. 10. seqq. Ovid. Fast. L. IV. v. 179. seqq. Rosin. Antiq. Rom. L. II. c. 4. p. m. 96.* h) *Ibid. §. 45. Op. f. c. XIII. §. 6.* i) *Ibid. §. 46. Op. f. c. XIV. §. 1.* k) *Ibid. §. 45. Op. f. c. XIII. §. 6.* l) *L. Valle Eleg. L. IV. c. 38. p. m. 100. a. Ed. Ald. Venet. 1536.*

QV. M. CATONE CONSTITVTIS. III

stantium m) dicebantur consortia, societates atque collegia, n) vel *privatae* erant, vel *publicae*. *Publicae* quidem vel civiles erant, illa scilicet collegia, nostris civium sodalitiis, quæ Zünffte vel Handwerckedicimus, convenientia, a Rege Numa, teste PLVTARCHO, Romæ primum instituta, & secundum artificia diuisa, ut suum peculiare corpus haberent tibicines, suum aurifices, architecti, tinctorum, sutores, coriarii, fabri ærarii, figuli, reliqui: o) vel etiam sacræ, ordines nimirum sacerdotum, p) qui sodales aut fratres Aruales, q) sodales Titii, r) sodales Augustales; s) Antoniani t) Adrianales, Severiani, Aureliani, u) Helviani x) aliique y) appellati sunt. *Privatae* vero sodalitates dicebantur conventus illi sodalium, quæstore M. Catone constituti, conuivales, & epulares confessus, quibus ad animum recreandum, & ad gaudia, suis interdum curis interponenda, Græcorum exemplo, z) utebantur Romani. Quod dum fatetur honestum bonumque inter bonos voluptatis licitæ studium, cuius etiam fortasse naturalem quendam modum esse existi-

2 2

isti-

m) Festo auctore in Barth. Advers. L. LIX. c. 9. f. 2792. & Phil. Beroald. in Svet. Claud. n) Græcis vocantur ἐταῖροί, συσσίτια, διασώται. Laur. Vall. c. 1. & Car. Lang. c. 1. Plin. X. ep. 43. 97. o) Rosin. A. R. L. VIII. c. 6. p. m. 584. ubi & jura collegiorum talium indicantur. p) Id. Rosin. l. c. L. III. c. 14 p. m. 207. q) Gell. VI. 7. Plin. XVIII. 7. r) Varro L. IV. I. 15. Tacit. Ann. I. 54. Hist. II. 95. Merul. sacer. II. 8. Pitisc. L. A. II. 811, 12. s) Sveton. Galb. 8. Claud. 6. t) Capitolin. c. XIII. u) Id. c. VII. x) Id. in Pertin. c. XV. Spart. in Sev. c. VIII. y) Id. Capitol. c. XV. Guther. de Jure Pontif. I. 3. Ant. v. Dalen. Diss. Antiqu. 738. Ph. Beroald. in Svet. Claud. & Læv. Torrent. in Svet. Galb. z) De Sodalitiis græcorum coenis multa Aristoteles in Politicis. Conf. Car. Lang. in Cic. c. 1. p. 433. Plurima affert Andr. Christ. Eschenbach. in Diss. de Sympos. sapientum. Jen. 1687. in Diss. Acad. p. 279. seqq.

*. 107210100 (11)

IV DE SODALITATIBVS

istimat, a) idem M. Cato, ipsam exponit ejus sodalitarumque rationem, b) se delectatum imprimis dicens, & magisteriis c) a majoribus institutis, & sermone eo, qui more majorum a summo d) adhibitus sit in poculis, e) iisque, sicut in Symposio Xenophontis, f) minutis ac rorantibus, ita quidem, ut nulla, vel vitæ, g) vel anni, h) ætas eadem vacaverit cum sodalibus delectatione. Quanti eam facit, tantum laudat Majores suos M. Cato, qui bene admodum accubitionem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium i) nominarint, melius quam Græci, k) qui hoc idem tum comotationem, l) tum concœnationem m) vocent, ut, quod in eo genere minimum sit, id maxime probare videantur. Atque ut literariæ omnino censendæ sunt gravium sapientumque

- a) *Cic. de Senect. §. 46. Op. f. c. XIV. §. 2.* b) Eandem exponit harum sodalitarum convivialium rationem docte admodum & eleganter *A. C. Eschenbachius c. l.* c) Uti cuivis societati sui præstant magistri, ita & sodalitati huic sui erant magistri, de quibus *Lips. Antiqv. Lect. III. 1. p. 377. seqq. Ciaccon. in Triclin. Freinsheim. comment. in Curt. L. X. c. 4. §. 17. Matth. Zimmermann. Florileg. p. 483 & 629.* d) *A. C. Eschenbach. c. l. p. 333. §. XV.* e) *Leg. Rosin. A. R. V. 30. Ciaccon. c. l. Pitisc. A. L. II. 450.* f) *A. C. Eschenbach. c. l.* g) Sive enim juveni fervor quidam ætatis esset, sive progrediente illa omnia facta essent in dies mitiora seni, non carebat hujus voluptatis sensu Catonis senectus, cui potius magnam habebat gratiam, quæ ipsi sermonis aviditatem auxerit, portionis & cibi fustulerit. *Cic. de senect. §. 45. 46. Op. f. c. XIII. §. 6. c. XIV. §. 1.* h) Addit idem c. l. Cato refrigerationem æstate, de qua conferendus *Plinius, XXXIV. 3.* & vicissim aut solem, aut ignem hibernum, de quo Legendus *Plin. VI. ep. 21.* & ad eum *Buchnerus. Victor. Var. Lect. XXI. 13. Taubm. ad Plaut. Mil. Glor. II. 3. 69. Pitisc. A. L. II. 813.* i) De Conviviis Conf. *Zimmermann. c. l. p. 255.* k) Conf. *A. C. Eschenbach, c. l. p. 285. §. 1.* l) *συνπόσιον.* m) *σύνδειπνον.*

QV. M. CATONE CONSTITVTIS. V

que virorum sodalitates, n) non illa quidem scenicorum leviorum-
 que hominum, a quorum sodalitatibus convictuque abducen-
 dus adolescens, o) ita cum hoc fabulantium amicorum epulari con-
 fessu conferenda videtur philosophorum Romanorum in hemi-
 cyclo sedentium societas, p) atque sodalitates literariae q) appel-
 latione digna. Certe sodalitatum nomen ad hominum, literarum
 vel docendarum, vel discendarum, causa congregatorum, confes-
 sum maxime pertinet, discipulosque in scholis, tum Graecorum
 & philosophorum, *ἐρασιῶν*, tum Ebraeorum & Theologorum,
 מורי dictos fuisse, constat. r) Nostra aetate, quae nec Catoni-
 anis illis clarorum doctorumque hominum sodalitatibus caret,
 publicae sodalitates literariae dici & haberi possunt Academiae &
 Scholae, in quibus vel ad humanitatem eruditur, vel in omnire-
 rum divinarum humanarumque scientia instituitur, florens aetas,
 patriae decus, futurorumque temporum spes atque oblectamen-
 tum. Atque cum auctore Deo tale nobis impositum sit munus,
 quo Sodalitati Scholae, quae in urbe nostra floret, literariae praefecti
 sumus, quaesitum semper nobis multumque ac diu cogita-
 tum est, s) quibusnam rebus in institutione nostra, cum publica,
 tum privata, possemus prodesse quam plurimis, ne qua in arte
 intermitteremus consulere ingenii juventuti, nostrae fidei cura-
 que creditae, haec maxime conveniens, nec minus utilis, visa est

RECI-

- n) *Eschenbach. c. 1.* o) *A. Gell. XX. 4.* p) *Cic. Lael. f. de Amicit. §. 2.* q) *De Sodalitatibus veterum etiam gentium literariis M. Christoph. Heymann in libro, cui titulus: Kurtzgefasste Geschichte der vornehmsten Gesellschaften der Gelehrten. Lipsi. 1743.* r) *Leg. hac de re doctissime differentem Jo. Christoph. Wolfium in Cur. Philolog. in Matth. c. XXVI. 50. p. 383. coll. c. XXII. 12. p. 311.* s) *Cic. de Divinat. L. II. 1.*

RECITATIONVM

TAM PVBLICAE QVAM PRIVATAE
INSTITVTIONIS
RATIO ET ORDO.

DIE LVNAE

ante meridiem

PVBLICE *Theologiae*, sive religionis nostrae & doctrinae, quam nos profitemur, christianae, veritatem, *Huttero* duce, testimoniis divinis, ex sacro, cum ebraeo, tum graeco, codice allatis, demonstramus, demonstratamque vindicamus ab erroribus & criminationibus adversariorum, quorum aetates, fontes, dogmata, methodo *Neumanniana*, in trutina religionum monstrata, recensemus.

PRIVATIM hora IX. *Logicam* praecipimus,

Hora X. *Grammaticam*, praegentes historicos, *Curtium*, *Iustum*, *J. Caesarem*, & eos ad imitandos ad singula fere capita exercitationes styli dictantes, exercemus.

a meridie

PVBLICE *styli cultioris* fundamenta, praesente *Heineccio*, regulis perspicuis ponimus, selectissimisque ex optimis autorum exemplis confirmamus.

PRIVATIM hora III. *Antiquitates Romanas*, illustrem *Adr. Stegerum*, in brevi earum descriptione, secuti, in medium noscendas damus.

Hora IV. *Graecarum literarum* institutionem, addita auctoris, nunc sacri, nunc profani, interpretatione, suscipimus.

DIE MARTIS

ante meridiem

PVBLICE *M. T. Ciceronis libros Philosophicos* explicamus.

PRIVATIM hor. IX. *Ebraeae linguae* studemus,

Hora X. *Poeticae arti* operam damus, in eaque exercendis ingeniis, nunc alio carminum genere, nunc germanicis versibus exprimenda, ea seligimus argumenta, quae in praelectione auctorum occurrunt, ut in

Cic.

QV. M. CATONE CONSTITVTIS. VII

Cic. Off. L. III. c. 25. de Phaëtonte in currum Solis, patris, quod optavit, sublato, & ictu fulminis deflagrato, ex Ovid. Metam. II. 1. seqq. de interitu Hippolyti, a Patre Theseo oprato. Ovid. Metam. XV. 497. de Iphigenia, a patre Agamemnone Dianæ devota & immolata, Ovid. Metam. XII. 1.

a meridie

PVBLICE *Philosophia*, quantum capit juvenilis ætas, & *Logica* inprimis instituimus nost os.

PRIVATIM hora III. *Historia*, eaque *Literaria* eosdem imbuimus, Hora IV. *Mythologiam* seu fabulosam Deorum historiam, ordine, quo *Franciscus Pomey* illam comprehendit, ex selectis *Ovidii & Virgilii* pensis explicamus.

DIE MERCVRII

ante meridiem

PVBLICE *Exercitia* ingeniorum, studiorumque specimina, vel soluto, latino & græco, sermone, vel carmine, a nostris exhibenda, exploramus atque emendamus, variaque in ipsa auctorum prælectione, cum ipsis instituta, subinde notata themata philologica, privato studio elaboranda, iisdem suppeditamus, ut nimirum in promptu habeant, de quo jussi a nobis pro muneris nostri ratione, & in publico, Patrum Patronorumque Scholæ, & in privato, Præceptorum, confessu verba faciant & deciamt.

PRIVATIM Hora IX. in *Chrestomathia Celsiana*, ut assvescerent aliqui, salutari arti nomen daturi, Latinitati, quam vocant, *Medicæ*, huc usque versati, ad *Svetonii Tranquilli* Cæsares regressi sumus,

Hora X. *stylum* formamus atque exercemus.

DIE JOVIS

ante meridiem

PVBLICE *Ebræa & græca* oracula divina, *Theologiæ* dogmata probantia, explanamus.

PRIVATIM, Finitis ab hora IX. sacris, in *Livii* *Historia Romana* explicanda occupati sumus,

Hora IX. *Geographiam* cum *Genealogia & Heraldica* arte conjungimus.

a me-

VIII DE SODALITATIBVS QV. M. CAT. CONST.

a meridie
PVBlice Oratoriam artem profiterentur; præmissis ejus præceptis praxin subjungi-
mus, exemplaque Veterum, *Isocratis, Demosthenis & aliorum*, imitanda proponimus.
PRIVATIM Hora III. *Antiquitatum Græcarum*, præcipue Atticarum, notitiam damus,
Hora IV. *Historiam rerum civilium & sacrarum* enarramus.

DIE VENERIS

ante meridiem

PVBlice in *Ebrais & Græcis* oraculis divinis, confirmantibus Theologiæ dogmata,
pergimus.

PRIVATIM, ab hora IX. sacris finitis, in *Oratoria arte* exercenda præimus nostris,
Hora X. *Exercitia ingeniorum ac studiorum*, horis privatis injuncta, emendamus.

a meridie
PVBlice *Poeticam artem* tradimus, Poetasque Latinos & Græcos interpretamur.
PRIVATIM hora III. *Antiquitates Sacras*, nunc *Ebræorum*, nunc *Christianorum*, in le-
ctione *D. Pauli* epistolæ ad *Ebræos*, aut *D. Lucae* Act. Apost. observamus,
Hora IV. *Lingvæ Gallicæ* præceptis nostros instruimus.

DIE SATVRNI

PVBlice ad *Exercitia* nostrorum in *Arte Oratoria & Poetica* emendanda, in quibus
Mercurii die substitimus, redimus.

PRIVATIM hora IX. *Græcos, Aelianum & Herodianum*, versamus studiosa manu,
Hora X. *Epistolas* scribendi artem, commendatis elegantioribus & gravioribus *Plinii*
epistolis, nostros decemus.


Satis facere nos, his ita institutis, putamus, & muneri nostro, & ingeniis nostrorum, in
omni, quæ ad humanitatem pertinet, arte imbuendis, quorum seriam habemus, sollici-
tam & providam curam, ut nihil agatur præpostere, aut leviter attingatur, sed omnia
& singula, docenda & discenda, distincte, solide & graviter pertractentur. Nostrum
præterea ducentes, juvenes instituere atque erudire ad majorum instituta, atque civitatis
Scholæque disciplinam, t) sedulo illos & graviter monemus, illum vitare acerba plurima,
& tristes animi cavere morsus, u) contra; vero dulcem agere, jucundam &
tranquillam vitam, certam consequi felicitatem, & gloriæ commendari sempiternæ, t)
qui vitiis ne minimum quidem, virtuti vero multum diuque
se faciat sodalem.

t) Cic. Verr. III. 69. u) Mart. XII. Epigr. 34. x) Cic. Fam. V. 12.

P. P.

Dom. die a Sacris Natalit. Christ. D. XXIX. Decembr.

cl̄ōlccc xxxxiij.



coll. diss. A. 43, misc. 42